

GVILIELMI VRSINO DE RIVO  
VINDICIÆ

*Pro capite Regis Angliæ contra Rebelles parricidas.*

SIVE

QVERELA NVLLITATIS

DE IMPIO ET INJVSTO PROCESSV  
AC SENTENTIA

MORTIS ET ABDICATIONIS

CONTRA

SERENISSIMVM ATQVE POTENTISSIMVM

CAROLVVM

PRIMVM

MAGNÆ BRITANNIÆ, FRANCIÆ ET HIBERNIÆ  
REGEM, REGIAMQVE STIRPEM,

AD

CHRISTIANI ORBIS MONARCHAS ET PROCERES:

Cum adhortatione

*Ut legitimo Hæredi ad vindicandas has injurias  
ultrice manu suppetias ferant.*

MDCC

HAGÆ-COMITIS,

Ex Officina SAMUELIS BROUN Bibliopolæ Anglici.

M. DC. XLIX.



AUTHOR

*Quâ par est humilitate & reverentiâ*

*AD REGEM*

FIDEI DEFENSOREM

CAROLUM

SECUNDUM

SOLA DEI GRATIA,

MAGNÆ BRITANNIÆ, FRANCIÆ

ET HIBERNIÆ


*MONARCHAM.*

**M**Aledictum illud Anglorum  
parricidium, immensum illud  
scelus ; execrabilis illa sacri  
capitis violatio dolore gravissimo

A 2

etiam





GUILIELMI VRSINO

DE RIVO

VINDICIÆ

*Pro capite Regis Angliæ contra*

*Rebelles parridas :*

SIVE

*Querela nullitatis de impio & injusto*

*processu ac sententia mortis & abdicationis*

CONTRA

REGEM ANGLIÆ,

REGIAMQVE STIRPEM

AD CHRISTIANI ORBIS MONARCHAS

ET PROCERES.

SACRATISSIME,

SERENISSIMI ET POTENTISSIMI

IMPERATOR

REGES, ELECTORES, PRINCIPES, CÆTERIQVE

REIPUBLICÆ CHRISTIANÆ PROCERES.

**D**ate veniam nostris ausibus, publica res agitur, rei tanti ponderis, tanti momenti, ut veniam promereri posse confidamus: Univerſo imperantium ordini, imò toti humanæ ſocietati nuper facta contumelia undique vindictam poſtulat, undique ad arma concitat: Concitamur ad arma noſtra etiam togati: & ſtylo & pilo pugnandum eſt.

Nihil

punè violari, Ecclesiam & Rempublicam plebis arbitrio subjectam esse, summamque imperandi potestatem in ejus esse marsupio, ut eam dare, auferre ac pro lubitu usurpare possit, Ea vobis imminet conditio ex impunitate nefandi illius sceleris.

Adeste ergo vestra benevolentia, favete justissimæ causæ, ferte opem afflictis, afferte ultrices manus. Non est hic vindicandus aliquis scæminæ raptus, cujus causâ olim universæ Græciæ Reges Populique in expeditionem Trojanam confluerant, longè aliam hic agi causam scimus, ergò vos etiam longè majore conatu in novam hanc sacrilegorum ac parricidarum Trojam expeditionem suscipite. Præstò sint copix vestræ quibus antehac inter vos invicem digladiati estis, adhibete nunc eas justissimo huic negotio: Stringite nunc ense quo vestrum non pauci antehac propria læserunt viscera, stringite in hos Dei ac naturæ hostes: Tollite malum è medio Christiani populi, removete è terra horrenda illa flagitiorum monstra, conculcate pedibus vestris eas humanæ societati noxias natrices, venenatas illas vipersas: Adeste auxiliari manu novo Regi paternarum virtutum pariter & regnorum legitimo hæredi, terra marique succurrite, exiguus hic labor erit atque facillimus: Qui jam Tyranniscorum illorum jugo opprimuntur, ut hiscere vix *A facili.* audeant Regis fidelissimi clientes atque subditi, mox ut viderint externam opem, ne dubitate, quin magnanimitatis ac fortitudinis egregium daturi sint specimem, magno impetu in campum descendent, magnâque alacritate improvisum hostem à tergo adorientur, disturbabunt, fugabunt, trucidabunt. Vos quibus maris imperium est Potentissimi Galliæ, Hispaniæ, Daniæ ac Sueciæ Reges, tuque beatissima Batavorum Respublica, impeditè saltem maris usum, clausi sint undique portus, interdicieta sint ubique commercia, nullum commeatum, nihil eorum quæ bellicè deponit apparatus subministrare, idque ab aliis ne fiat prohibete, & sic veluti cavæ inclusos lupos fame necabitis. Adeste benevoli, Imperator, Reges Principes, favete, succurrite, cedet hoc in æternam vestri nominis gloriam, in certissimam Christianæ Reipublicæ salutem, gratissimâ hac operâ ad perpetuæ gratitudinis munera adstringetis Serenissimam Regis Familiam, cui benè sit in æternum.

F I N I S.